

rum præsentia. Quo & facere potest contactus digitorum, dum vel externe aliquæ partes adveniunt vel sensibiles & insensibiles intro foras exspirantes poris & superficie adhærent. Tertium impedimentum merito ponitur in *Aere*, ejusq; vaporibus & exhalationibus quæ ferro & Magneti, aliisq; corporibus labem inducunt; Constant n. partibus variis, acribus, corrosivis, humidis etc. Si igitur corpora istis exponuntur, facile concipimus quod ratione suarum partium poros corporum intrent, quoniam v. resistantiam inveniunt, moram necentes subsistunt, & suis partibus acribus stamina Ferri & Magnetis corrodunt, quæ partes corrosæ nomine æruginis insigniuntur. A credinē a. hujus effectus causam esse cognosci potest ex præparatione viridisæris. Hæ jam recensitæ causæ sunt maxime obviæ corruptionis *Magnetis*. Ne itaq; talis destructio contingat, Magnetem communiter conservant in limatura ferri.

§. 22. Nunc deniq; ad vim medicam accedo, quam insignem esse multicontendunt. Imprimis a. laudatur Emplastrum Magneticum, in spiculis ferreis intra corpus existentibus extrahendis, cuius descript. vid. ap. Zwölff. p. 377. Verum si rem ad accuratius vocem judiciū, invenio, quod virtus extrahendi spicula ferreatantum imaginaria sit. Requiritur enim ut in præparationibus Medicamentorum illorum virtutes integræ conserventur; jam vero si præparationem hujus Emplastri inspicio, multa gummi offendō, quæ omnia pinguedinem in se continent, quam §. præced. inter causam destruentem retulimus. Accedit adhuc, quod Ignis vehementiam massa hæc subire debeat, quam maxime infensam esse Magneti, quis dubitat? Taceo, quod Magnes in pollinem redactus, omnem suam amittat vim, quæ Ferrum ipsi conjungitur. Si v. aliquā virtutem ipsi adscribere velim, illa similis erit operationi ferri, quod sc. agat absorbendo acidum, & tubulos nimiū apertos constrin-gendo, hinc prodest in malacia, fame canina, etc. morbis, \*